

Rincón. H. Capta. H. Arca. H. A.



D. DOMINICI
AB AGUIRRE
TRACTATUS,
De Tacita
ONERUM, & CONDITIONUM
REPETITIONE.

D. DOMINICI
AB AGUIRRE,
COMITIS MASSOTENSIS,

OLIM IN BARCHINONENSI ACADEMIA
Publici Legum Interpretis, Auditoris Generalis Regii Exercitus Catha-
loniæ, ac ejusdem Principatus in Regio Criminali Concilio, deinde in
Regia Audientia Civili Senatoris, Sacri Capuani Concilii Fidelissimi Re-
gni Neapolis Præsidis, ac in Supremo Regnorum Coronæ Arago-
num Concilio Regentis Decani, & nunc Regentis in Regio Supre-
mo Hispanico Concilio Aulico Viennensi.

TRACTATUS
De Tacita

ONERUM, & CONDITIONUM
REPETITIONE,

QUO TACITA REPETITIO, AB ÆQUIVOCO
*Conjecturalis Repetitionis vindicatur, & earum respectivè substantiæ,
& Regulæ discernuntur:*

CUI ACCESSIT EJUSDEM AUTHORIS
Discursus super Officiis venalibus Generalitatis Catha-
loniæ, pro servanda quoque rei Patriæ notitia, Editus.



VENETIIS, MDCCXXIII.

Apud Nicolaum Pezzana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



AD INCLYTAM HISPANAM,
PRUDENTEM VIRGINEM,
*Virginum Decus, Carmeli Decorem, Carme-
litarum Excalceatorum Matrem,*

SANCTAM
THERESIAM
à JESU.



Oneris repetitionis materiae,
quàm in Divini schola amo-
ris (ò alma Mater Carmeli)
experta fueris, nemo est, qui
non agnoscat; cùm omnibus
continua illa aspirationis tuæ innotescat
repetitio *Aut Pati, aut Mori*. Sed, ò, Cha-
ritatis tuæ admirandum prodigium! quod
repetitio ista non oneris, sed honoris, à
zelo tuo existimabatur: cùm ardente in cor-
de tuo nunquam passio, pro gravamine;
nunquam mors, pro onere extitit reputa-
ta. Et cùm repetitio ad finem eundem
emissa, humanam arguat imperfectionem:

Tu



D. D O M I N I C I
A B A G U I R R E
T R A C T A T U S
D E T A C I T A O N E R U M ,
E T C O N D I T I O N U M R E P E T I T I O N E .
C A P U T P R I M U M ,

Sub quo inter alia

P R A E F A T I O ,

Intentum operis designans continetur :

S U M M A R I U M .

- 1 Tacita repetitionis materia quomodo à Doctoribus pertrahatur ?
- 2 Qua dicatur expressa hominis repetitio . & n. 5. Expressam dicitur, quod conjecturis, & suppositionibus necessariis resultat .
- 3 Tacitum quod dicatur ?
- 4 Lex inducit tacitam repetitionem .
- 5 Homo in omni repetitione concurrat, sive affirmativè, sive negativè .
- 6 Hypotheca expressa quae sit ?
- 7 Qua tacita ?
- 8 Repetitio hominis conjecturis desumpta, appellatur tacita metaphorice .
- 9 Tacita repetitio solum est conjecturalis à lege .
- 10 Abusus Consilii 21. Olaradi, & quibus in terminis procedat ?
- 11 Causa finalis, & impulsiva hujus opusculi scribendi .
- 12 Intentum Authoris circa quas repetitiones versetur .

TACITE onerum, & conditionum repetitionis materia ferè ab omnibus, & ferè à nemine ex Doctoribus pertractatur . Pertractatur ferè ab omnibus : quia ferè nullus est, ex cunctis de testamentariis Elogiis differens, qui de conjecturis repetitionum inductivis non scribat . Pertractatur ferè à nemine : quia ferè nemo de verè tacita, id est legali tractat repetitione : Imò non explicatis diffe-

rentiis inter conjecturalem, & tacitam ; converso in illam sermone ; de illa nihil ferè loquuntur .

Non minùs etenim est hominis, seu testatoris expressa repetitio, quæ ex ejus conjecturata mente elicitur ; quàm quæ ex ejusdem claris, & apertis verbis resultat : Expressum enim dicitur quod ex conjecturis, & necessariis suppositionibus depromitur, ut vulgaribus juribus citatis, docent Antoninus, Theaurus, decis. 248. num. 3. Afflictiis decis. 44. num. 14 & 15. Cyriac. cont. 28. nu. 10. & cont. 141. n. 53. & cont. 188. n. 9. tom. 1. & cont. 665. n. 4. tom. 4. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præf. 110. n. 44. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 8. & de tacit. lib. 5. tit. 9. n. 9. Bonden. colluct. 28. n. 61. Saminiati controu. 18. n. 2. & cont. 85. à n. 33. cum seqq. Actollinus resolut. 41. n. 15. cum seqq. & resol. 94. n. 21. Lælius Altograd. Consil. 92. num. 38. & Consil. 96. n. 37. lib. 1. Andreolus cont. 134. n. 7. & cont. 139. n. 5.

Tacitum autem, vice versa dicitur, quod nec ex verbis claris, nec conjecturalibus inferatur ; sed quod à lege subintelligitur, extenditur, seu præsumitur, ut liquet ex Doctoribus citatis ; quibus additur Idem Menoch. d. lib. 4. præf. 26. n. 33. & præf. 34. n. 32.

Quapropter in aliquibus dispositionibus testatorum, nullis existentibus verbis claris, nullaque existente conjectura voluntatis pro repetitione, lex eam tacite inducit, dummodo de contraria mente, nec clarè, nec conjecturaliter appareat : unde licet in omni repetitione, testantis requiratur concursus ; non tamen eodem modo : nam in hominis repetitione affirmativè, & positivè concurrat testator, sive clarè,

E J U S D E M
C O M I T I S
D. D O M I N I C I

A B

A G U I R R E,
D I S C U R S U S

S U P E R

O F F I C I I S V E N A L I B U S
G E N E R A L I T A T I S C A T H A L O N I Æ,

S E U

J U R E O F F I C I A L I U M E A O B T I N E N T I U M;
E T A N I P S O R U M T I T U L I R E V O C A R I P O S S I N T.

I N Q U O

Agitur de Generalitate Cathalonix; ejusque Officiis Venalibus. De licita, vel illicita, Officiorum Venditione. De Possessione immemoriali, & Centenaria; & an illa prohiberi possit? De potestate Principis absoluta, & ordinaria; & an iste Jus alienum tollere possit? De Lege naturali irritante quamcunque legem humanam, sibi oppositam, irrevocabili, indispensabili, & solum interpretabili, respectu cujus, Princeps non procedit, ut Legislator; sed ut Interpres; & an hujus assertioni standum sit? De Injustitia nullitatem legis humanæ causante, & quare lex humana nequit esse injusta, & valida? quamvis ejus Abrogatio, Derogatio, & Dispensatio, injusta, & valida esse possint. Quid sit iudicare de Lege? Quid, secundum Legem? Et quid, an sit Lex? De remediis competentibus contra Legem iniustam, adhuc in Curiis Generalibus promulgatam. An Leges pactionate revocari possint à solis Principibus? Et quomodo isti teneantur ad proprios servandos Contractus?



INDEX PARAGRAPHORUM HUIUS DISCURSUS.

- §. 1. **Q**uid sub nomine Generalitatis
Cathalonie contineatur?
- §. 2. De Officiis Venalibus, antiquis, &
Justitia Generalitatis Cathalonie.
- §. 3. De Titulo emptionis, & venditionis,
quo Officiales hæc obtinent Officia.
- §. 4. An supremus Princeps possit vendere
Officia publica?
- §. 5. An Deputati Generalitatis Cathalo-
nie Officia, de quibus agitur, vendere
potuerint?
- §. 6. In quo Officiorum venditio, à sua Re-
gia Majestate, & Curia Generalibus Ca-
thalonie celebrata, immemoriali possessio-
ne probatur.
- §. 7. De effectibus Possessionis Centenarie.
- §. 8. De Documentis; quibus immemoria-
lis possessio, in qua Officiales existunt ho-
rum officiorum venalium; nec non facul-
tas ea renuntiandi inter vivos, plenissime
probantur.
- §. 9. De differentia inter originem possessio-
nis, & actus ei contrarios, ad finem de-
struendi immemorialem possessionem.
- §. 10. De fama venditionis factæ horum of-
ficiorum venalium Generalitatis Cathalo-
nie.
- §. 11. De Titulo Legali, quem Officiales
habent, ad possidenda, & resignanda hæc
Officia venalia Generalitatis Cathalonie,
in vim Capitularum Curiarum.
- §. 12. An supremus Princeps, sine causa
publica, Jus alienum tollere possit?
- §. 13. Quid sit Potestas ordinaria? & quid
absoluta? & an utriusque Principes supre-
mi potiantur?
- §. 14. In quo prosequitur materia harum
Potestatum, absolutæ, & ordinariæ.
- §. 15. In quo stabilitur, quod Lex humana
opposita Divinæ, sive naturali, sive posi-
tivæ, est nulla.
- §. 16. In quo probatur, quod Lex humana
in nihilo potest derogare Legi naturali,
nec in ea dispensare; sed solum ipsam de-
clarare, seu interpretari.
- §. 17. In quo proponuntur remedia, de Jure
competentia, contra Legem injustam: &
explicatur, quid sit judicare de Lege,
quid secundum Legem. Et quid an sit
Lex.
- §. 18. De qualitate Cause publicæ; ut per
eam Jus alienum tolli possit; & an ejus fa-
ctum probari debeat? an verò standum sit
Principis assertioni? Et an sit pretium,
vel damnum rescindendum?
- §. 19. De obligatione Principum, circa ob-
servantiam propriorum Contractuum.
- §. 20. An immemorialis possessio, per Legem
humanam prohiberi possit, & revocari quod
jam præscriptum est?
- §. 21. An Capitula Curiarum, favore Of-
ficialium stabilita, possint sine ipsorum con-
sensu, in aliis Curia revocari?
- §. 22. An unquam extiterit, vel nunc ex-
tet Causa publica, ob quam Officialibus,
hæc Officia auferri possint?

SUMMARIUM

§. I.

1 Universitas Cathalonix, Generalitas nuncupatur.

Repræsentatur Generalitas, per ejus tria Brachia, Ecclesiasticum, Militare, et Regale.

Quem Præsidentem habebat nunquamquodque Brachium?

Brachium Militare congregari potest quotidie per se ipsum, & ubi congregatur; & de quibus rebus tractare possit?

Reliqua Brachia per Dominum Regem tantum congregari possunt, ad finem celebrandi Curias.

Quid peragatur in Curis generalibus?

Brachia possunt etiam congregari ad celebrandum Parlamentum.

Ad quem finem possit Parlamentum congregari? Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathalonix potest etiam Parlamentum congregare.

2 Deputati Generalitatis creati fuerunt, ut eam repræsentarent, absoluis Curis.

Munus Deputatorum est, curare de observantia Constitutionum, & reliquorum Jurium Principatus.

Deputati correspondent Viris Atheniensibus, qui vocabantur Nomophylaces.

Munus est quoque Deputatorum præcipuum, exactio, Conservatio, & administratio Jurium, seu tributorum Principatus.

Hæc tributa appellantur Generalitates.

Magistratus Deputatorum habet Jurisdictionem privativè ad Dominum Regem, in negotiis Generalitatis.

Habet suum Tribunal, & Ministros.

Tabula sunt Constituta in diversis stationibus Principatus, ad exigendas hæc impositiones.

Deputati particulares, seu locales quam Jurisdictionem habent?

Tres sunt Officiorum Generalitatis Classes. Prima est eorum, quæ providentur per sortes, secunda illorum, quæ gratiosa Deputatorum electione, conferuntur.

Et tertia est horum Officiorum Fœnalis, quæ appellantur Antiqua, Venabilia, & Justitia.

§. I.

Quid sub nomine Generalitatis Cathalonix contineatur?

- 1 Sub nomine Generalitatis, seu Generalis Cathalonix comprehenditur ejus Amplissimus ac Nobilissimus Principatus; ejus Communicatio tota, seu Universitas, modò Generale modò Generalitas nuncupatur. Ut liquet ex Constitutione 2. tit. De las Constituciones de Cathalonix, & Constit. 4. tit. De celebrandis Cortes. Nec non ex Patrio usu loquenti, & referunt Fontanella Decis. 245. cum seqq. usque ad Decis. 256. inclusivè. tom. 1. & Decis. 572. 573. 574. & 575. tom. 2. Idem de Partis Nuptial. Claus. 6. glossa 2. pars. 2. à n. 14. cum seqq. Regens Villosa Dissertat. 5. §. 2. Berart. in Speculo Visitationis. cap. 24. Nec non ceteri Authores nostri Regnicolæ, & signanter Doctissimus Regens Philippus Vinnes in Celebris Discursu edito pro Jurisdictione Regia, qui incipit. Dellecando que conste. & in Discursu, qui

incipit Celsò la Monarchia de los Godos.

Hæc itaque Generalitas, seu Universitas Cathalonix repræsentatur per ejus tria Brachia, seu Elementa Ecclesiasticum scilicet, cujus Præsides est Illustrissimus, ac Reverendissimus Archiepiscopus Tarraconis Militare, cui præest Excellentissimus, Dux Cardona. Et Regale, quod ex Syndicis Universitatum Regiarum notabiliorum componitur; cujus est Præsides, Consiliarius, id est Consul in ordine primus inclyte, ac Excellentissimæ Civitatis Barcinonis.

Ex his tribus Brachiis, solum Militare congregari potest quotidie per se ipsum; ut congregari solet in Civitate Barcinonis, in Domo videlicet Deputationis; ubi sunt quadam Aula, ad hunc paratam finem; ubi solummodo de rebus ad statum Nobilitatis, seu Militiæ Aulicæ pertinentibus, peragitur. Reliqua autem Brachia non congregantur per se ipsa, sed tantum per Dominum Regem, ad finem celebrandi Curias; in quibus Constitutiones generales conduntur; & conditæ derogantur, seu abrogantur; ut experientia, & tempus docuerint; ac tandem de universali bono, seu regimine, ac pace Principatus tractatur; de quibus, seu de modo eas celebrandi, integros scripserunt tractatus Authores nostri, præcipuè Carrovera, Peguera, & Regens Philippus Vinnes.

Et etiam convocantur hæc Brachia, ad effectum loquendi, pertractandi, & concludendi certa, & specialia negotia tantum (quod raro evenit in Cathalonix) & tunc Inclytus ille cæcus trium Brachiorum non appellatur Curia sed Parlamentum Mieres part. 2. colat. 10. cap. 5. n. 9. 10. & 11. Ferrer Obsr. parte 1. cap. 4. Peguera in Tractatu celebrandi Curias. part. 2. cap. 2. & 3. n. 1. R. Vinnes Discursu 1. celebrandi Curias n. 57. quod etiam convocare potest Spectabilis Gerens Vices Gubernatoris Generalis Cathalonix: ut scribant Peguera in Tractatu celebrandi Curias. part. 2. cap. 4. R. Vinnes in eodem Tractatu Discursu 3. n. 85. Ferrer. Obsr. parte 1. cap. 13. Bosch. de Titulis honorum Cathalonix. lib. 2. cap. 36. §. 7. Ad differentiam Curiarum, quæ solum per suam Regiam Majestatem convocari valent; ut late Regens Philippus Vinnes d. Discursu 3. celebrandi Curias toto. Peguera in eodem Tractatu part. 2. cap. 1. n. 2.

Cum ergo, absolutis Curis, non adesset, qui hæc universalitatem Cathalonix repræsentaret; propterea Dominus Rex, & Curia ipsa, ad hunc finem, tres deputarunt Viros. Videlicet singularem, de singulo Brachio (qui ab ista Destinatione & Deputatione Deputati nuncupati fuerunt) quibusque fuit injunctum munus; ut curarent de observantia Generalium Constitutionum Cathalonix, Capitulorum Curiarum, Privilegiorum, Consuetudinum, & reliquorum Jurium Patriæ; opponendo se, per medium Syndici Generalitatis, Contrafactionibus, per Officiales Regios commissis cuicumque ex Juribus prædictis; ut collat ex Capitulis Curiarum anni 1283. cap. 1. & 2. Curiarum 1412. & cap. 7. Cur. anni 1547. & scribunt R. Vinnes in Tractatu celebrandi Curias; nec non in citato Discursu edito pro Jurisdictione Regia, qui incipit Dellecando que conste. §. 1. Bosch. de Titulis honorum Cathalonix. lib. 4. cap. 2. vers. Per los altes. & vers. Lo Principi. & §. 2. & 3. Mieres Parte 2. colat. 7. cap. 6. n. 10. & 11. & colat. 10. cap. 29. Oliva de Jure Fisci. cap. 6. n. 13. & 14. Fontanella Decis. 245. 252. n. 1. Decis. 563. n. 21. & Decis. 565. n. 25. Berart in Speculo Visitationis. cap. 24. R. de Calderò Decis. 96. à n. 23. R.